



Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. X. Non semper Deus quod est meliùs vult efficaciter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73680)

*Singula voluntates
speciali modo
sibi vendicant il-
lam notio-
nem.*

318.

*Cur Deus
sit causa
potius defe-
ctus natu-
ralis quam
moralis.*

Felix.

*Discrimen
inter defe-
ctum natu-
ralem, &
moralis.*

etiam eundem. Et hoc satis est, ut intelligamus, singulas illarum causarum aliquo speciali modo sibi vendicare, illam actionem, ob quam una possit dici specialiter determinare aliam causam, vel suam & alterius causae actionem, quidemque demum sit actio & specialis ille modus agendi. Usque adhuc Theod. Benè optime juxta sua principia (quae nobis etiam placent) ut ipse ibi satis diffusè probat: videat eum sedulus Lector.

Tantum quaero pro fine; cur Deus sit potius causa aliorum defectuum, v.g. claudicationis & similium, quam defectus moralis, ut est culpa. Resp. Felix sup. p. 13. quia defectus naturales sunt ordinabiles in Deum, ut in finem; valium verò morale, cum sit aversio à Deo, non est reducibile in Deum. Præterea: Deus concurrens ad claudicationem, non dicitur causa deficiens, siue deficere, ut dicitur claudus deficere; secus si concurreret ad malum morale. Discrimen est: quia de ratione culpæ est, quod sit voluntaria deordinatio à Deo, & ita voluntas deordinatur, dum est causa culpæ, & sic est causa deficiens: at verò alii defectus naturales non sunt deordinatio à Deo, & sic Deus non dicitur causa deficiens, etiam si ad illos concurrat, sed solum causæ creatæ dicuntur defectuosæ, quia non producunt effectus, ut natura petit. Ita Felix. Sed nunquid, interrogat quispiam, Deus ideo deficiens seu defectuosus, quia non semper vult, quod est melius? Non puto. Sit itaque

CONCLUSIO X.

Non semper Deus, quod est melius, vult efficaciter.

319.
*An Deus
produxerit
meliora
physicè?*
Negat Fe-
lix.

Dubitatur
Scotus.

Affermat
Smising.

L Oquendo (inquit Felix sup. c. 3. diff. 2. n. 1.) de perfectione physica & naturali, certum est, Deum non produxisse meliora; potuit enim Angelos, homines, & animalia perfectiora producere, tam secundum speciem, quam secundum individua: nam omnipotentia Dei non est exhausta. Sic ille. At Scotus apparet dubium: nam 3. dist. 13. q. 4. n. 17. ad 3. quod erat: Summa natura non est facta ergo nec summa gratia. Resp. Quod, si concedatur Antecedens, quod tamen videtur dubium, & contra auctoritatem D. Aug. 3. de Lib. arbit. potest negari Consequentia. Et hinc Smil. tr. 3. disp. 7. n. 72. docet, Deum non posse quolibet specie dabili aliam sub eodem genere perfectiorem producere, & existimat, sub genere animalis esse statum in homine tamquam perfectissimam speciem possibilem: quam sententiam suam benè probat.

320.

*An semper
efficiat,
quod est
melius mo-
raliter.*
Negat Fe-
lix, & pro-
bat.

Responsio
Adversario-
riorum.

Hic solum quaeritur, an Deus semper efficiat, quod magis decet suam gloriam; quod negat Felix sup. num. 2. Probatur (inquit) efficaciter: Quidquid Deus vult ad extra, libere vult; sed si, quod melius est, vult semper; ergo necessariò illud vult, quod falsum est; cum sit aliquid creatum, & possit illud non velle. Resp. Adversarii: quod necessitas volendi melius est necessitas moralis, cum qua componitur libertas Dei; sicut cum necessitate morali incidendi in aliquod veniale, sine specia-

li privilegio, componitur libertas; aliàs, efficiendo veniale, non peccaremus. Sed contra (inquit Franc.) necessitas moralis nihil aliud est, quam quædam magna difficultas efficiendi oppositum, quâ ita vincitur quis, ut licet illud possit efficere, tamen difficultate victus illud non faciat; juxta illud D. August. 8. Confess. c. 5. Velle meum tenebat inimicus; & inde mihi catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate perversa facta est libido; & dum servitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: scilicet moralis. De hac loquitur idem S. lib. 2. contra Fel. c. 8. Si quid infirmitas patitur, qui non possunt implere, quod volunt, manifestum est, hoc venisse de traduce primi peccati Adam, & de consuetudine mala. Nam hodie liberi voluntate faciunt homines consuetudinem, quam cum fecerint, facile superare non possunt. Id est, difficultate victi non faciunt, quæ aliàs facerent.

Sed nunquid talis difficultas in Deo? Constat, quod non: ergo nec necessitas moralis. Unde (inquit Felix) exemplum non est ad rem. Præterea (prosequitur) necessitas moralis ad aliquid veniale in homine provenit, ut aliqui dicunt, ex eo, quod Deus decrevit efficaciter omnes homines in una vel altera occasione privare auxilio efficaci ad virandum aliquod veniale, nisi tantum eos, quos vult speciali privilegio gaudere: sed talis necessitas in Deo nequit esse. Nam ut Deus operetur, non dependet à decreto antecedenti; sed ipsum decretum est ipsa Dei operatio; & si ab ipso necessitatur, non solum moraliter, sed physicè erit necessitatus; nam omne quod est, quando est, necesse est esse physicè.

Reponit quispiam: talis necessitas moralis oritur ex natura voluntatis Dei, & ex objecto optimo, quod ita voluntatem divinam allicit, ut appetat liberè, & possit non amari; sed de facto semper amabitur: sicut supposito auxilio congruo seu gratiâ efficaci ad contritionem, contritio libera est, & antea deest potest non esse, & tamen infallibiliter erit. Contra (inquit Felix sup. n. 3.) sicut voluntas creata nequit prædeterminari ab aliquo creato; ita neque voluntas divina ab optimo, cum sit aliquid creatum; neque ipsa voluntas divina, cum sit infinita, potest se determinare necessariò, moraliter circa optimum, cum sit quid creatum; quia vilesceret talis voluntas ex tali necessitate; nam sicut non est, à quo eadem voluntas divina determinetur ad producendum optimum in esse physico; ita non est, à quo determinetur ad producendum optimum in esse morali. Rursus: si in Deo poneremus talem necessitatem cum libertate, etiam possemus dicere, Deum se libere amare; quia cum hoc stare potest, ab æterno & semper infallibiliter se amare: & etiam Deum posse velle malum sub aliqua ratione boni: nam licet de facto nunquam illud amet, quia naturâ suâ prædeterminatus est ad odium habendum malum; tamen cum hoc stat libertas, ut possit illud amare, quæ omnia absurda sunt. Hucusque Felix.

Sed quare ego: cur sicut natura sua est prædeterminatus ad odio habendum malum, cur, inquam, simili ratione non potest dici prædeterminatus ad producendum optimum, five in esse physico, five in esse morali? Nonne D. Aug. l. 3. de lib. arbit. c. 5. ait: Quidquid tibi verâ ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum tamquam bonorum omnium conditorem? Et l. 3. contra Maximinum, c. 7. in fine sic argumentatur: Proinde ad hunc artificum res colligitur, ut Deus Pater æqualem sibi gigneret Filium aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus, si noluit, invidus invenitur. Ergo consimiliter, dicit aliquis: si Deus non potuit facere optimum, infirmus, si potuit, & noluit, invidus invenitur: porro à Deo longe abest invidia; ergo semper vult optimum. Item l. 1. Contra Advers. Leg. & Proph. c. 14. hæc lego: Aut verò usque adeo despicendum est, ut homo videat melius aliquid fieri debuisse, & hoc Deum vidisse non putet, aut putet vidisse, & credat facere noluisse, aut voluisse quidē, sed minime potuisse. Avertat hoc Deus à cordibus piorum.

Verum enim verò propter hæc, & similia, quæ habent alii SS. Patres, non judico recedendum à Concl. Felix sup. n. 5. Ref. SS. Patres solum velles, quod in operibus Dei nullus est defectus, vel inordinatio; & loquuntur (ait ille) per hyperbolem: nam plures loquebantur contra Manicheos, qui aliqua Dei opera accusabant, ut mala, & ita PP. dicebant esse meliora, quæ poterant esse. Deinde dicuntur meliora, comparata ad finem à Deo intentum, & ad gloriam suam in gradu determinato. Nam aliquando Deus non vult omnem gloriam sibi possibilem; sed in hoc, vel illo determinato gradu, prout illi placet, illum tamen gradum meliori modo quo potest, semper de factis consequitur. Addo: quod si verba Patrum explicanda essent, ut sonant, intelligenda erunt de optimo in esse physico. Sic ille.

Operatur ergo Deus omnia, tam quoad esse physicum, quam morale, convenientissimè, id est, sine ulla deordinatione, vel malitia, vel imprudentia. Facit etiam omnia convenientissimè juxta finem à se intentum, & secundum rationem divinæ suæ sapientiæ, non secundum rationem, & finem, qui à nobis cognosci, vel intendi potest. Hinc D. Aug. sup. ultimo loco, immediate ante verba allegata, sic interrogat: Nunquid enim si melior esset, qui non posset peccare, idē non bene factus est, qui posset & non peccare? Supple, & posset peccare. Aut verò &c. ut sequitur: Si ergo ratio re- & demonstrat, rationalem creaturam illam esse meliorem, quæ nullâ inobedientiâ deseruit Deum, quam istam, quæ ita deseruit: sciat quisquis hoc sapit; nec illam deesse cælestibus rebus, quæ nunquam deseruit Deum, nec istam ita esse factam, ut aliqua necessitate deservire cogereetur Deum. Et quia voluntate deseruit, nihil ex hoc diminutum sapientissimis dispositionibus Dei, qui & malis bene, & perversis rectè uritur; & de hoc humano genere, justè meritoque damnato, familiam sanctam atque numerosam, non ejus merito, sed gratiâ suâ factam, in æternum regnum se translaturam esse testatur. Quamvis ergo melior fuisset homo si non potuisset peccare; equidem creatus fuit, qui posset peccare, & non peccare, idē

Tomus I.

quæ convenientissimè secundum rationem & dispositionem divinæ sapientiæ.

Porro ad primum locum S. Aug. respondetur, ipsum non negare, posse res meliores, aut in meliori statu produci: sic enim ait, multis interjectis, in eod. ca. Quam ob rem si te delectat creatura, quæ perseverantissimâ voluntate non peccat, non est dubitandum, quod & eam peccanti rectâ ratione proponas, sed sicut eam tu cognitione præponis, sic eam creator Deus ordinatione præposuit. Sentit igitur, & iudicio nostro, & Dei, meliorem esse creaturam, quæ non peccat: si ergo hoc Universum serviret homini in statu innocentie sine peccato, multò esset pulchrius; nam multò meliori creaturæ serviret. Quare fatetur Aug. meliorem potuisse fieri creaturam Universi, & in meliorem statum ordinari: nihilominus subjungit, Deum eam reliquisse in manu consilii sui, & permisisse in peccatum labi: in quo meliorem modum servasse Deum multis contendit ipse probare. Non dicit Augustinus meliorem nunc fuisse hominem, quam in statu innocentie esset; sed meliorem modum servasse ex parte sua Deum, relinquendo ipsum, & permittendo in peccatum prolabi, & ad hoc tantum adducit verba allegata: Quidquid tibi &c. Sic enim pie loquendum est de omnibus, quæ Deus facit, ut illa nunc facere melius esse arbitremur: nec temerè judicantes dicamus, melius faceret Deus si hoc aut illo modo faceret. Ceterum, si Deus alio modo fecisset, & illud melius esse dicemus, sua enim voluntas, quæ supra omnem legem est, optimè dicitur facere, cum aliquid efficit seu discernit. Hæc Valquez 1. part. disp. 107. num. 5. & 6.

Quid ergo ad 2. locum D. Aug. Accipe Resp. Doct. Aug. 1. part. q. 25. art. 6. Ad secundum dicendum; quod de ratione Filii est, quod æquetur Patri, cum ad perfectum esse venerit; non est autem de ratione creaturæ alicujus, quod sit melior, quam à Deo facta est. Unde non est similis ratio. Scitè ergo dixit D. August. lib. de Quat. animæ cap. 33. Iustitia Dei factum est, ut non modo sint omnia; sed etiam sic sint, ut omnino melius esse non possint; quia sufficientissima. Alioquin Deus absolute meliora facere potuit, quam ea, quæ fecit: Sed Quoniam (utor verbis S. Doct. lib. 83. qq. q. 50.) meliorem se generare non potuit, generare debuit æqualem; si enim voluit, & non potuit, infirmus est: si potuit, & non voluit, invidus est. Igitur æqualitas debita erat Filio; & idē Pater invidus foret, si noller eam Filio dare: at verò creaturæ non datur certa perfectio accidentalis; sed ea cuique convenit; quam sapientia divina disposuit, & bonitas communicavit, quæ non tantum, si plus tribueret, quam tribuit, liberalis esset; sed & cum minus tribuit, liberalis, non invida est.

Sed enim, dicit aliquis, omnis Dei volitio est ita honesta, ut nulla alia honestior excogitari possit, cum Deus sit in genere moris undequaque infinitè perfectus; sed si Deus non velit semper optimum, talis volitio non erit honestior: ergo ut omnis volitio Dei honestior

G g

326.
Resp. ad 1.
auctoritatem D. Augusti. ex adverso adduciam.

Deus creavit hominem, qui posset peccare, meliorem modum servavit ex parte sua.

Valquez.

327.
Exponitur secundus locus D. Aug.

Deus debuit generare sibi æqualem.
S. Aug.

328.
Objectiones ex ratione.

Non con-
cludit ra-
tio, nisi
summam
perfectio-
nem
ex parte
Dei.

nestior sit, debet Deus semper eligere opti-
mum. Respondet Felix supra num. 6. quod
omnis volitio Dei, quantum est ex parte sua,
est infinite perfecta, & honestior; non ta-
men est necessarium, ut semper sit honestior
ex parte termini; quia, cum hic sit creatus,
nullam tribuit Deo perfectionem, cum ab illo
Deus non sumat suam perfectionem; & hoc
patet, nam productio Angeli perfectior est,
quam productio musæ; & tamen Deus per
suam volitionem producit musam, & non
Angelum, qui solum remanet in esse possibili:
idem contingere potest in esse morali; & si in
tali esse non datur summum, impossibile est,
Deum producere optimum; nam quocumque
productio, potest aliud melius produci. Sic ille.
Fateor, Deus summam sapientiam, bonitatem, & po-
tentiam operatur, quidquid operatur: ergo non
potest facere meliora illa, quæ facit; ergo sem-
per facit optimum: neg. Conseq.

329.
Secunda
obsectio.

Solvitur ex
Smifing.

Probo, inquis: Tantò melius quidpià est, quan-
tò majori sapientia, bonitate, & potentia fit; ef-
fectus quippe proportionatur suæ causæ, ergo
quod fit à summa sapientia, bonitate, & poten-
tia, omnem bonitatem sibi composibilem ha-
bere debet. Resp. Smif. sup. n. 70. neg. Antee-
dens probationis; quod (inquit) obvias habet
instantias plurimas: quia figura à sigillo aureo
impressa non est melior, quam si sit impressa
à sigillo ligneo, & pleraque naturæ opera
sunt meliora operibus artis; ob quod ars dicitur
imitari naturam, non adæquare; tamen si modus
operis artificialis, quo illud à proxima sua cau-
sa procedit in quantum artificiale est, melior
sit, quam modus operis naturalis, quo à sua
proxima causa procedit, in quantum opus natu-
rale est: nam opus artificiale à suo proxi-
mo agente fit ex propria intentione finis; opus
verò naturale solum ab alio agente intel-
lectuali dirigitur in finem, ratione cuius agentis
dicitur opus naturæ esse opus intelligentiæ.
Unde etiam fit, principalem causam proximam
operis artificialis, quæ est agens intellectuale,
esse digniore principali causâ proximâ ope-
ris naturalis.

330.
Quamvis
agens sit
perfectius,
non ideo ta-
men substan-
tia effec-
tus.

Deus sem-
per optimo
modo dispo-
nit res ad
finem ulti-
mum.

Patet ergo; quamvis agens sit perfectius, &
modus agendi sit perfectior, non ideo præcisè
meliores esse substantiam effectus; atque ad-
ded, non ideo præcisè effectum Dei debere esse
summè perfectum, quia à summa sapientia, bo-
nitate, & potentia procedit. Et quod diceba-
tur, effectum proportionari suæ causæ, verum
est, non semper simpliciter quoad substantiam,
vel æqualitatem (alias omnis Dei effectus de-
beret esse infinitus, sicut est ipse Deus) sed quo-
ad modum, quo fit, & quoad mensuram sibi
præfinitam ab agente proximo, vel ab eo, qui
proximum agens dirigit in operando. Et licet
creatus artifex non semper optimo modo dis-
ponat res ad finem intentum consequendum, Deus
tamen semper optimo modo possibili res dispo-
nit, si non ad finem proximum (quia sæpè pos-
set efficaciora media adhibere) saltem ad finem

ultimum, qui est ipse, & gloria ipsius: & sic in-
telligendus est D. Aug. lib. 3. de Libe. arbit. c.
5. docens, Deum semper facere, quod melius
est. Ulque adhuc Theod. conformiter ad ea,
quæ sup. ex Aliis diximus.

Præterea Felix sup. n. 4. sic argumentatur. Si
Deus necessario semper faceret melius, seque-
retur nos non debere Deo gratias agere, v. g. pro
Incarnatione, quia erat necessitatus, saltem mora-
liter ad incarnandum; & pro eo, quod quis de-
bet efficere, non debemus referre gratias. Rur-
sus: frustra esset Deum orare, ut hoc aut illud
faciat; nam semper efficiet melius. Denique non
esset, cur Paulus & Aug. & Patres mirarentur
iudicia Dei inderutabilia, in Petri prædestinatio-
ne, & in Judæ reprobatione; nam facile respon-
deret, quod in his est major gloria Dei; & quod
melior est reprobatio Judæ, quam prædestina-
tio. Sic ille: tu cogita, an consequenter ad id,
quod sup. respondit ad SS. Patres, Deum facere
meliora comparata ad finem à Deo intentum, &
ad gloriam suam in gradu determinato. Est ergo
adhuc, cur mirentur SS. Patres iudicia Dei in-
derutabilia, mirentur, inquã, cur melior sit præ-
destinatio Petri comparata ad gloriam Dei, quam
prædestinatio Judæ; nam potuisset Deus dare
gratiam efficacem Judæ penitendi, & in gratia
perseverandi usque in finem, sicut dedit Petro,
quare autem non fecit, quis consiliarius ejus finit?
Quis nobis edisseret, cur penitentia Petri me-
lior fuerit, seu ad majorem Dei gloriam, quam
fuisse eadem penitentia Judæ? Hæc dispice,

Et transi mecum ad id, quod Adversarii con-
tra Conclus. principalem obijciunt: Sancti in
hac vita, quod magis Deum amant, majus bonum
illi desiderant, & in actibus perfectiarum vir-
tutum exerceantur, quia magis Deo placent.
ergo Deus, qui perfectè se diligit, semper velle
debet optimum; quia magis illi placet, &
majorem gloriam illi affert. Respondet Felix
sup. n. 6. hoc argumento probari; Deum debe-
re producere omnia possibilia; nam omnia illa
majorem gloriam Deo afferunt, quam aliqua,
quod non est dicendum. Diferimen est inter
justum, & Deum; nam justus, qui placere Deo
habet ut causam finalem, debet eligere media,
quæ magis conducent ad hunc finem, ut sunt
opera perfectioris virtutis; at verò Deus, cum
non semper intendat gloriam extrinsecam in
summo gradu, potest illam intendere in gradu,
quo placuerit; quia illam non intendit, ut me-
dium ad consequendum alium finem præinten-
tum: nam non quolibet voluntas efficax Dei est
electio respectu finis; sed est amor terminatus
ad rem futuram; & ita Deus non tenetur fa-
cere & velle, quod sibi magis gloriosum est.
Sicut homo, qui inter delectabilia corporis
veller delectari rebus musicis, & non veneris,
etiam si videat has majoris voluptatis; nam non
semper tenetur velle sibi majorem corporis
voluptatem; sed velle, quod voluerit.

Neque nego; Deum magis velle ex parte ef-
fectus creaturas meliores; sed solum dico,
quod

quod non diligit necessarium optimum; amore enim inefficaci magis complacet in meliori & perfectiori, Haftenus Franc. & nos cum illo. Ex quo patet, quare in Conclus. addiderim ly, *Efficiat*; quia de simplici complacentia hic non disputatur; sed de efficaci tantummodo voluntate, quâ Deus ad extrâ liberè operatur, non solum liberè physice, sed etiam moraliter;

& idèd possibilia, quæ vult, producit, & quæ non vult, non producit: omnia quippe operatur secundum consilium seu beneplacitum suæ voluntatis. Querit aliquis à me, quid sit illud beneplacitum, sive, quid sit velle liberum Dei, jam edissero; & quia res molestissima est, pro ea instituo novam Sectionem, in ordine

SECTIO TERTIA. DE LIBERTATE DEI.

Ntequam explicem hanc libertatem, operæ præmium erit, resolvere sequentem quæstionem; an libertas divinæ potentie, seu voluntatis, ita sit radix prima contingentis rerum creaturarum, ut si divina potentia ageret ex necessitate naturæ, necessitatem inferret omni creatæ potentie; adeoque nihil eveniret contingentem, sed omnia necessariò. Et quàmvis plerique, extra scholam Scoti, partem negativam amplectantur, equidem nos, tamquam veri discipuli Doct. Subr. ejus vestigiis inbærentes, dicimus, & erit

CONCLUSIO I.

Libertas Dei adeò necessaria est ad aliarum rerum contingentiam, ut si prorsus tolleretur, nulla creatura simpliciter & omnimodè contingenter fieret.

1. *2.* *3.* *4.* *5.* *6.* *7.* *8.* *9.* *10.* *11.* *12.* *13.* *14.* *15.* *16.* *17.* *18.* *19.* *20.* *21.* *22.* *23.* *24.* *25.* *26.* *27.* *28.* *29.* *30.* *31.* *32.* *33.* *34.* *35.* *36.* *37.* *38.* *39.* *40.* *41.* *42.* *43.* *44.* *45.* *46.* *47.* *48.* *49.* *50.* *51.* *52.* *53.* *54.* *55.* *56.* *57.* *58.* *59.* *60.* *61.* *62.* *63.* *64.* *65.* *66.* *67.* *68.* *69.* *70.* *71.* *72.* *73.* *74.* *75.* *76.* *77.* *78.* *79.* *80.* *81.* *82.* *83.* *84.* *85.* *86.* *87.* *88.* *89.* *90.* *91.* *92.* *93.* *94.* *95.* *96.* *97.* *98.* *99.* *100.* *101.* *102.* *103.* *104.* *105.* *106.* *107.* *108.* *109.* *110.* *111.* *112.* *113.* *114.* *115.* *116.* *117.* *118.* *119.* *120.* *121.* *122.* *123.* *124.* *125.* *126.* *127.* *128.* *129.* *130.* *131.* *132.* *133.* *134.* *135.* *136.* *137.* *138.* *139.* *140.* *141.* *142.* *143.* *144.* *145.* *146.* *147.* *148.* *149.* *150.* *151.* *152.* *153.* *154.* *155.* *156.* *157.* *158.* *159.* *160.* *161.* *162.* *163.* *164.* *165.* *166.* *167.* *168.* *169.* *170.* *171.* *172.* *173.* *174.* *175.* *176.* *177.* *178.* *179.* *180.* *181.* *182.* *183.* *184.* *185.* *186.* *187.* *188.* *189.* *190.* *191.* *192.* *193.* *194.* *195.* *196.* *197.* *198.* *199.* *200.* *201.* *202.* *203.* *204.* *205.* *206.* *207.* *208.* *209.* *210.* *211.* *212.* *213.* *214.* *215.* *216.* *217.* *218.* *219.* *220.* *221.* *222.* *223.* *224.* *225.* *226.* *227.* *228.* *229.* *230.* *231.* *232.* *233.* *234.* *235.* *236.* *237.* *238.* *239.* *240.* *241.* *242.* *243.* *244.* *245.* *246.* *247.* *248.* *249.* *250.* *251.* *252.* *253.* *254.* *255.* *256.* *257.* *258.* *259.* *260.* *261.* *262.* *263.* *264.* *265.* *266.* *267.* *268.* *269.* *270.* *271.* *272.* *273.* *274.* *275.* *276.* *277.* *278.* *279.* *280.* *281.* *282.* *283.* *284.* *285.* *286.* *287.* *288.* *289.* *290.* *291.* *292.* *293.* *294.* *295.* *296.* *297.* *298.* *299.* *300.* *301.* *302.* *303.* *304.* *305.* *306.* *307.* *308.* *309.* *310.* *311.* *312.* *313.* *314.* *315.* *316.* *317.* *318.* *319.* *320.* *321.* *322.* *323.* *324.* *325.* *326.* *327.* *328.* *329.* *330.* *331.* *332.* *333.* *334.* *335.* *336.* *337.* *338.* *339.* *340.* *341.* *342.* *343.* *344.* *345.* *346.* *347.* *348.* *349.* *350.* *351.* *352.* *353.* *354.* *355.* *356.* *357.* *358.* *359.* *360.* *361.* *362.* *363.* *364.* *365.* *366.* *367.* *368.* *369.* *370.* *371.* *372.* *373.* *374.* *375.* *376.* *377.* *378.* *379.* *380.* *381.* *382.* *383.* *384.* *385.* *386.* *387.* *388.* *389.* *390.* *391.* *392.* *393.* *394.* *395.* *396.* *397.* *398.* *399.* *400.* *401.* *402.* *403.* *404.* *405.* *406.* *407.* *408.* *409.* *410.* *411.* *412.* *413.* *414.* *415.* *416.* *417.* *418.* *419.* *420.* *421.* *422.* *423.* *424.* *425.* *426.* *427.* *428.* *429.* *430.* *431.* *432.* *433.* *434.* *435.* *436.* *437.* *438.* *439.* *440.* *441.* *442.* *443.* *444.* *445.* *446.* *447.* *448.* *449.* *450.* *451.* *452.* *453.* *454.* *455.* *456.* *457.* *458.* *459.* *460.* *461.* *462.* *463.* *464.* *465.* *466.* *467.* *468.* *469.* *470.* *471.* *472.* *473.* *474.* *475.* *476.* *477.* *478.* *479.* *480.* *481.* *482.* *483.* *484.* *485.* *486.* *487.* *488.* *489.* *490.* *491.* *492.* *493.* *494.* *495.* *496.* *497.* *498.* *499.* *500.* *501.* *502.* *503.* *504.* *505.* *506.* *507.* *508.* *509.* *510.* *511.* *512.* *513.* *514.* *515.* *516.* *517.* *518.* *519.* *520.* *521.* *522.* *523.* *524.* *525.* *526.* *527.* *528.* *529.* *530.* *531.* *532.* *533.* *534.* *535.* *536.* *537.* *538.* *539.* *540.* *541.* *542.* *543.* *544.* *545.* *546.* *547.* *548.* *549.* *550.* *551.* *552.* *553.* *554.* *555.* *556.* *557.* *558.* *559.* *560.* *561.* *562.* *563.* *564.* *565.* *566.* *567.* *568.* *569.* *570.* *571.* *572.* *573.* *574.* *575.* *576.* *577.* *578.* *579.* *580.* *581.* *582.* *583.* *584.* *585.* *586.* *587.* *588.* *589.* *590.* *591.* *592.* *593.* *594.* *595.* *596.* *597.* *598.* *599.* *600.* *601.* *602.* *603.* *604.* *605.* *606.* *607.* *608.* *609.* *610.* *611.* *612.* *613.* *614.* *615.* *616.* *617.* *618.* *619.* *620.* *621.* *622.* *623.* *624.* *625.* *626.* *627.* *628.* *629.* *630.* *631.* *632.* *633.* *634.* *635.* *636.* *637.* *638.* *639.* *640.* *641.* *642.* *643.* *644.* *645.* *646.* *647.* *648.* *649.* *650.* *651.* *652.* *653.* *654.* *655.* *656.* *657.* *658.* *659.* *660.* *661.* *662.* *663.* *664.* *665.* *666.* *667.* *668.* *669.* *670.* *671.* *672.* *673.* *674.* *675.* *676.* *677.* *678.* *679.* *680.* *681.* *682.* *683.* *684.* *685.* *686.* *687.* *688.* *689.* *690.* *691.* *692.* *693.* *694.* *695.* *696.* *697.* *698.* *699.* *700.* *701.* *702.* *703.* *704.* *705.* *706.* *707.* *708.* *709.* *710.* *711.* *712.* *713.* *714.* *715.* *716.* *717.* *718.* *719.* *720.* *721.* *722.* *723.* *724.* *725.* *726.* *727.* *728.* *729.* *730.* *731.* *732.* *733.* *734.* *735.* *736.* *737.* *738.* *739.* *740.* *741.* *742.* *743.* *744.* *745.* *746.* *747.* *748.* *749.* *750.* *751.* *752.* *753.* *754.* *755.* *756.* *757.* *758.* *759.* *760.* *761.* *762.* *763.* *764.* *765.* *766.* *767.* *768.* *769.* *770.* *771.* *772.* *773.* *774.* *775.* *776.* *777.* *778.* *779.* *780.* *781.* *782.* *783.* *784.* *785.* *786.* *787.* *788.* *789.* *790.* *791.* *792.* *793.* *794.* *795.* *796.* *797.* *798.* *799.* *800.* *801.* *802.* *803.* *804.* *805.* *806.* *807.* *808.* *809.* *810.* *811.* *812.* *813.* *814.* *815.* *816.* *817.* *818.* *819.* *820.* *821.* *822.* *823.* *824.* *825.* *826.* *827.* *828.* *829.* *830.* *831.* *832.* *833.* *834.* *835.* *836.* *837.* *838.* *839.* *840.* *841.* *842.* *843.* *844.* *845.* *846.* *847.* *848.* *849.* *850.* *851.* *852.* *853.* *854.* *855.* *856.* *857.* *858.* *859.* *860.* *861.* *862.* *863.* *864.* *865.* *866.* *867.* *868.* *869.* *870.* *871.* *872.* *873.* *874.* *875.* *876.* *877.* *878.* *879.* *880.* *881.* *882.* *883.* *884.* *885.* *886.* *887.* *888.* *889.* *890.* *891.* *892.* *893.* *894.* *895.* *896.* *897.* *898.* *899.* *900.* *901.* *902.* *903.* *904.* *905.* *906.* *907.* *908.* *909.* *910.* *911.* *912.* *913.* *914.* *915.* *916.* *917.* *918.* *919.* *920.* *921.* *922.* *923.* *924.* *925.* *926.* *927.* *928.* *929.* *930.* *931.* *932.* *933.* *934.* *935.* *936.* *937.* *938.* *939.* *940.* *941.* *942.* *943.* *944.* *945.* *946.* *947.* *948.* *949.* *950.* *951.* *952.* *953.* *954.* *955.* *956.* *957.* *958.* *959.* *960.* *961.* *962.* *963.* *964.* *965.* *966.* *967.* *968.* *969.* *970.* *971.* *972.* *973.* *974.* *975.* *976.* *977.* *978.* *979.* *980.* *981.* *982.* *983.* *984.* *985.* *986.* *987.* *988.* *989.* *990.* *991.* *992.* *993.* *994.* *995.* *996.* *997.* *998.* *999.* *1000.*

nam sibi, vel ad suum effectum.

Quod nunc probatur breviter ex hoc: quod causa movens, in quantum mota, si necessariò movet proximam sibi, vel producit suum effectum. Tota ergo ordinatio causarum usque ad ultimum effectum, necessariò produceret, si habitudo prima causa ad sibi proximam sit necessaria. Præterea: causa prior prius naturaliter simpliciter respicit effectum suum, quàm causa posterior: ergo in illo priori, si habet necessariam habitudinem ad ipsum, dabit sibi esse necessarium: in secundo autem instanti natura non potest causa propinqua dare sibi esse contingens; quia jam præintelligitur habere à prima causa esse repugnans contingentia. Nec potest dicere (tertia positio) quod in eodem instanti ista duæ causa dant esse causato; quia super illud esse non posset fundari necessaria habitudo ad illam causam perfectè dantem esse, & contingens habitudo ad aliquam aliam causam.

Igitur Conclusio nostra est sententia Scoti, quam sequitur, & sic explicat Smil. tr. 3. Disp. 2. n. 47. Is (ait) non intendit asserere, quod causa prima (per se ex ratione causæ primæ) prius naturâ secundum aliquam distinctam motionem moveat, quàm causa secunda, quando ad aliquem effectum concurrunt; nam hoc alibi expresse negat (quidquid sit de rei veritate) ut patet 2. dist. 37. q. un. (aliàs, 2.) s. Ad solutionem istorum, & alibi; sed per prioritatem naturæ intelligit prioritatem dignitatis, & vult, Deum ob rationem causæ primæ, & omnipotentis, illaturum necessitatem omnibus effectibus causarum secundarum, si ageret ex necessitate naturæ.

Atque hoc eam ob causam, quod ex ratione quidem primæ fiat ut nihil possint agere causæ secundæ, nisi ipso Deo influente: & hoc est, quod Scotus ait, causam secundam non posse movere, nisi motam à prima causa, id est, nisi adjutam à prima causa; & quod ob necessitatē agendi, Deus influeret potentissimo influxu, seu quantum posset: quod denique ob rationem omnipotentis causam secundam possit determinare ad unum, & exercitium libertatis ejus impedire (etiam si naturâ suâ, sibiq; relicta, sit libera in agendo) ut supponit Scotus 4. dist. 49. q. 6. s. Dico ergo, cum communi Theologorum. Sic ergo, propter istam in causando eminentiam causæ primæ, & omnipotentis, quam vocat Scotus prioritatem naturalem in causando, rectè dixit Subr. Doctor, Deo agente ex necessitate naturæ, nihil in rebus eventurum contingenter. Haftenus Theod.

Gg 2

Porro